

VVILHELMVS VVERNERVS CYMBRENSIS COMES.



Vilhelmus Vuernherus ex illustri familiâ comitum Cymbrensum natus fuit. eum parentes ob felicem indolem honeste educarunt, & praeceptoribus in bonis studijs informandum tradiderunt. In ijs is adeo profecit, ut etiam uiris doctissimis conferri potuerit. In primis autem antiquatum erat studiosissimus, & res hactenus apud Germanos incognitas in lucem reuocate conatus est. Id cum proceres Imperij cognouissent, eū Cameræ Imperialis Iudicem declararūt, anno millesimo quīngentesimo quadragesimo. Erat enim multis uirtutibus et rara prudentia insignis. Hisce accedebat bonarum artium cognitio, & naturalis quædā facundia. Itaq; Vuilhelmus magna laude per aliquot annos Iudicio Imperiali presul et res controueras singulari dexteritate composuit. postea uero eo onere liberatus ad paternas ditiones rediit, & subditos magna clementia admisstrauit. Vbi etiam hodie ueneranda ætate conspicuus res abstrusas & antiquitate oblitteratas restaurare solet, magno patriæ emolumento, ut merito inter Germaniæ Heroicos uiros recensetur. Anon.